Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Scio, quid facturus sis, amice lector

urn:nbn:de:bsz:31-267058

Visual Library

Scio, quid facturus ſis, amice Lector!

me quidem pro viro bono habebis, attamen verbis meis ac nudæ aſſertioni meæ non acquieſces, ſciſcitaberis identidem, quo Auctore, quo teste hæc dicis? Bene habet: tantum abeſt, ut querar, grave abs te mihi onus imponi, ut gaudere malim, et magno me onere levatum profiteri. Silebo ut plurimum ego, Auctores et Testes loqui ſinam, et quidē ſua quemcunq; lingua, Latinos latine, Teutonicos teutonice, Gallos gallice, ut etiam Interpretis imperiti notam aut ſuſpicionem effugiam, rationem tamen ſubinde mihi reddere licebit, cum plus uni quā alteri Authori tribuam, et in hanc potius quā illam ſententiam eundum putem.

Majoris autem perſpicuitatis gratia rem tractandam in Capita nonnulla diſpertiri libet.

Cap. 1.

Hermannus I. marchio Badenſis non fuit gente Italus.

Cap. 2.

Undenam iſta invaluerit de Marchionibus ab Italia huc translatis opinio.

Cap. 3.

Hermanni I. Badenſis Pater et Avus Zeringii Principes fuere.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Cap. 4.

Zeringij et Habſpurgij.

Cap. 5.

Habſpurgij Comites, Principum tum Auſtriacorum tum Badenſium progenitores, non aliunde, quàm ex Alſatiæ Ducibus.

Cap. 6.

Alſatiæ Duces ex prima nobilitate et antiquiſſima Francorum Familia Agilolfingica i.e. ex priſcis ejus gentis Regibus paternum genus derivante.

Cap. 7.

Ex progenitoribus Principum tum Auſtriacorum tum Badenſium claruit ante annos paulo plus-quam mille ſub Dagoberto, magno Francorum Monarcha, Aiga major Domus, proavus Ethiconis, Alſatiæ Ducis, Otperti Habſpurgij Tritavus, cujus filios, nepotes &c. tabulâ deſcriptos exhibemus.

Cap. 8.

Familia Alſatico-Habſpurgia usq; ad Guntramum divitem, Otperti trinepotem, Hermañi I. vero Badenſis abavum deductio.

Cap. 9.

Probationes Aſſertionum.

Cap. 10.

De Guntramo familiarum Habſpurgo-Au-ſtriacæ

ſtriaco, Zeringenſis, Badenſis, et Hachbergenſis comuni parente Auctores.

Cap. 11.

De Guntrami divitis filiis Bezone, qui et Landolus dictus eſt, cæterisque.

Cap. 12.

De Bezonis Habſpurgij filiis Auctores.

Cap. 13.

De Berchtoldo I. Zeringio Auctores.

Cap. 14.

De Berchtoldo II. Berchtoldi I. filio Zeringio et Alemanniæ Duce.

Cap. 15.

De Hermanno Marchione Berchtoldi I. Zeringiæ Ducis filio, Secundi fratre ejusq; uxore Juditha

Cap. 16.

De B. Gebhardo, Episcopo Conſtantiensi, fratre Berchtoldi et Hermanni.

Cap. 17.

De Hermanno I. marchione Badensi.

Cap. 18.

De Patruelibus Hermanni I. marchionis Badenſis, Bertholdo III. et Conrado Zeringiæ Ducibus.

Cap. 19.

De Hermanno II. marchione Badenſi.

Cap. 20.
De Alberto March-Badensi, fratre Hermañi II.
Cap. 21.
De Berchtoldo IV. Duce Zeringiæ, ejusq; fratribus.
Cap. 22.
De Hermaño III. march. Badensi et Zeringensi.
Cap. 23.
De Berchtoldo V. et ultimo Zeringiæ Duce.
Cap. 24.
De Hermanno IV. march. Badensi, ejusq; fratribus.
Cap. 25.
De Friderico Austriæ Duce, Hermañi V. Bad. filio.
Cap. 26.
De Rudolpho I. Marchione Badensi.
Cap. 27.
De Hermanno V. March. Bad. et Duce Austriæ.
Cap. 28.
De Hermanno VI. Marchione Badensi, ejusq; fratribus Rudolpho II. Hesone, et Rudolpho III.
Cap. 29.
De Marchionibus Hochbergensibus Henrico III. Rudolpho III. Henrico II.
Cap. 30.
De Friderico II. Rudolpho IV. et Rudolpho IV. et Rudolpho Hesone, Marchionibus Badensibus.
Cap. 31.
De Hochbergensibus Marchionibus Hermaño III. Henrico IV. V. et Rudolpho IV.

Cap. 32.

De Marchionibus Hochbergenſibus, Rudolphi I. Badenſis Patruelibus Rudolpho et Hermanno, deque Rudolphi hujus filio Henrico II. et nepotibus Henrico III. Rudolpho II. et Friderico.

Cap. 33.

De Hermanno IX. Friderici II. filio, et de Friderico III. ac Rudolpho Wecker, Rudolphi IV. filiis, Marchionibus Badenſibus.

Cap. 34.

De Marchionibus Hochbergenſibus Lineæ Hochbergicæ Ottone, Joanne, et Heſſone Henrici V. filiis, et Lineæ Suſenbergicæ Ottone ac Rudolpho V. Henrici IV. filiis.

Cap. 35.

De Rudolpho VII. Marchione Badenſi Friderici III. filio.

Caput I.

Hermannus I. Marchio Badenſis non fuit gente Italus.

Multorum fuit hæc perſuaſio, ab Italia veniſſe hunc Principem, et ſuis, quas illic habuerat, poſſeſſionibus hanc Rheni amœniſſimam Oram prææoptaſſe; qua occaſione venerit, et ſub quo Cæſare, non ſatis inter ipſos convenit; quemadmodum obſervat Chriſtophorus Beſoldus Jure Conſ. noſtra ætate celeberrimus in Libro, quem inſcribit: Theſaurum